que; adeoque in noſtra archidioceſi haud dubie fuit acceptata; neque tamen optatum effectum habuit. —

§. 10.

Variae cauſae effecerunt, ut etiam hoc temporis intervallo miſſae privatae multiplicarentur. Nam augebantur mirum in modum familiae religioſae, fundationes, oratoria; oriebatur titulus paupertatis, et ex occaſione cujusdam decreti concilii lateranenſis an. 1179 ſub Alexandro III can. 5, titulus patrimonii; unde ſacerdotes, et hinc miſſae privatae copioſiores reddebantur; praeſertim cum Clemens V. an. 1311 omnes monachos a) adordines ſuſcipiendos obligaret, ut miſſam in honorem Dei poſſent celebrare.

a) Pilati l. c. pag. 113.

CAPUT V.

Motus circa miſſas privatas tempore mutatae in germania religionis – tentata pacis conſilia – deciſio tridentini.

§. 1.

Non uno ſtatim tempore ſyſtema ſuum expoſuit Lutherus; ſed, cum abjecta eccleſiae authoritate in dies in praeceps rueret, ſucceſſive

ab

ab exaggeratis abusibus ad dogmata ipsa impugnanda transibat. Historia missae privatae, quam subnecto, id ipsum confirmat.

Absente Luthero in Pathmo sua, Augustiniani Wittembergenses anno 1521. missam privatam, cum ipsis videretur execrabilis coenae dominicae abusus, et institutioni Christi contraria, requisito Electoris et facultatis theologicae consensu, a) abrogandam censebant, b) quos 1522 Francofurtum c) aliaeque urbes secutae. Hunc ausum, quem speciali libello d) confirmarat Lutherus, mox improbavit, *non, quod hoc impium fuerit patrare, sed quod non recte ordine actum.* e) Missas quidem singulares abrogandas putat, sed id absque proximi offendiculo suscipiendum: Precibus, ait, incipiendum — magistratus adsciscendus — proponenda sanctulorum hypocrisis — describendae blasphemiae, quae in missis continentur, quo pacto missa sensim abrogabitur.

a) Bedenken etlicher gelarten der Universität zu Wittemberg von der Privat-Messe. Extat im 9ten Theil der Bücher Luthers fol 134. b) Annal. Abrahami *Sculteti* apud von der Hardt historia literaria reformationis P. V. pag. 40. *Seckendorf* comment de Lutheranismo lib. 1. pag. 214. c) *Seckendorf* l. 1. pag. 243 Chitraei Cont. Kranzii. 203. d) Vom Misbrauch der Messen (im 7ten Theil der Bücher Luthers Wittemberg 1572) fol.

fol. 264. e) Haec innuit in sermone 1521 habito T. VII. oper. edit. latin. pag. 274 et 275 et prosequitur in alio l. c. pag. 276.

§. 2.

Anno 1522 in centum gravaminibus Romam missis status imperii potissimum saeculares longam abusuum enarrationem faciebant, quorum medelam a pontifice expectabant. Ad statum meae quaestionis spectat gravamen 72 apud *Hortleder*. Von den Ursachen des deutschen Krieges 1. B. 1. Kap. S. 21. „ Wie wohl die Welt-
„ lichen viel Pfarrer bei ihnen gestiftet, und ge-
„ wöhnlich dermassen begabet, daß sich fromme,
„ geistliche, besserliche Seelsorger davon ehrlich,
„ stattlich und wohl erhalten sollten und möchten,
„ auch sonderlich die heil. Sacramenten zu verkau-
„ fen hoch verbotten sind, so werden doch dieselben
„ Pfarrleut, mit Reichung der Sacrament des
„ Altars und der Tauf, auch der todten Begäng-
„ nuß, Seelgeret, Beichtgeldt, Begräbnuß und
„ andern vielen Sachen von den Pfarrherren und
„ ihren Vicarien, Viceplebanen, Caplanen- und
„ Pfarrherrs-Gesellen gar umb viel Geldts be-
„ dranget und hochbeschweret. . . . Dabei nöthigen
„ sie die Armen, so ihren Freunden den ersten,
„ den siebenden, dreißigsten, und Jahrzeit, auch

„ Gedächtnuß auf den Kanzel nachzuthun nicht
„ Vermögen, von gesungenen und gelesenen Messen,
„ Geld zu geben. Daraus sie dann nicht wenig
„ sondern merklich, Geld lösen, wann sie ihre Meß
„ nicht allein einfach oder zwyfach, sondern oft
„ dreifach, vierfach, oder noch mehr Verkaufen,
„ und zwey oder drey lehen, mit einer Meß zu ver=
„ dienen gedenken. "

§. 3.

Quamvis autem in eodem conventu status imperii se curaturos promiserant, ne (usque dum synodus celebraretur) *Lutherus et sui sectatores aliquid amplius scribant, aut typis excudi faciant*, ipse tamen varia scripta a) edidit, in quibus partim ex abusibus, partim ex novitate missas privatas impugnabat. b)

a) Pertinet huc liber, quem 1523 edidit. Wider die himmlischen Propheten (extat in anderen Theil der Bücher Luthers Wittemberg 1569) — 1524. Wie man die Diener der Kirchen wählen und einsetzen soll, 7. Th. fol. 351. Eine Weise christliche Messe zu halten und zum Tisch Gottes zu gehen, an die christliche Gemeinde der löblichen Stadt Igla gelegen in Mähren 7. Theil, fol. 366. — Deutsche Messe und Orduung des Gottesdienstes 7. Th. fol. 370. — Anno 1525. Ordnung und Bericht, wie es mit jenen, so das hochwürdigste Sacrament empfangen wollen, soll gehalten werden. 7. Th. fol. 375. An den weisen Lazarum Spengler zu Nürnberg von der Winkelmesse 9. Th. folg. 282.

b) Uni

b) Unicum locum adfero ex scripto: Bekenntniß des Glaubens D. Mart. Luthers 1529. 6. Th. fol 153. „ Vor allen Greuel säh ich die Messe so für ein Opfer, „ oder gut Werk gepredigt und Verkauft wird, darauf „ denn jezt alle Stifte und Klöster stehen, aber ob „ Gott, bald lüaen sollen. Denn wiewohl ich ein gro- „ ser schwerer schändlicher Sünder bin gewesen, und „ meine Jugend auch verdammlich zugebracht und ver- „ lohren hade, so sind doch das meine gröste Sünden, „ daß ich so ein heiliger Mönch gewesen bin, und mit „ so vielen Messen über 15 Jahr lang meinen lieben Hrn. „ so greulich erzürnt, gemartert und geplaget habe. „ Cum hac confessione consonant articuli Schwabacen- „ ses an. 1529. art. 16. " Das vor allen Greu'ln die Meß so bisher für ein Opfer oder Werkh gehalten, damit ains dem andern Genad erwerben wollen abzuthun seyn, vnd anstatt solliche Meß ein gottliche Ordnung gehalten werd, das heil. Sacrament des Leibs vnd pluts Christi baide Gestalt zu raich'n ainen yglichen vf seinen Glauben vnd zu sainer Nothdorft Conf. *Weber* Beilagen zum ersten Theil der kritischen Geschichte der Augsburgischen Confession.

§. 4.

Post conventum Spirensem an. 1529, in quo novatio quaelibet circa religionem, et praesertim missae a) abolitio (usque dum synodus celebraretur) prohibita, in comitiis Augustanis an. 1530. celebris confessio a protestantibus Caesari tradebatur. Emollitis, quantum fieri potuit, opinionibus *Lutheri*; praeterita sacrificii notione, quae litem movere potuisset, totum articu-

lum de missa b) moderato stilo conscripsit Melanchton. c) Sed mox opposita fuit refutatio, in qua praeter alios articulos et ille de missa erat repudiatus. d) „ Affirmabatur, „ missam esse sacrificium pro vivis atque mor- „ tuis, neque debere missam privatam abro- „ gari: Danielem multo ante praenunciasse „ fore, cum Antichristus venerit, ut sacrifi- „ cium aboleatur: hoc quidem nondum acci- „ disse, verum tamen in iis locis, ubi missa „ jacet, altaria destruuntur, exuruntur status, „ quibus in templis nihil cantatur, nihil legitur „ nulla lucent amplius luminaria, ibi nimirum „ jam praesentari prophetae Vaticinium: itaque „ cavendum esse diligenter omnibus, ne cau- „ sam praebeant adventus Antichristi. "

a) Acta refert Joachim Müller Historie von der evangelischen Stände Protestation und Augsburgischen Confession S. 28.

b) 9. Th. der Bücher Luthers fol. 312. oper. om. Melancht P. I. pag. 33. „ *Retinetur etiam missa apud nos,* „ *et summa reverentia celebratur. Servantur et usitatae* „ *ceremoniae fere omnes, praeterquam, quod latinis con-* „ *cionibus admiscentur germanicae, quae additae sunt ad* „ *docendum populum. . . Cum autem missa sit . . commu-* „ *nicatio sacramenti; servatur apud nos una communis* „ *missa singulis feriis atque aliis etiam diebus, si qui sa-* „ *cramento velint uti, ubi sacramentum porrigitur his,* „ *qui petunt.* " Missas autem privatas, quae in antiquis monumentis incognitae, et nonnisi mercedis gratia cele-

celebrantur, putat omnino esse abrogandas. c) Causam, qua missae privatae in infinitum auctae, Melanchton l. c. nominat opinionem, quod Christus passione sua satisfecerit pro peccato originis et missam instituerit, in qua fieret oblatio pro quotidianis delictis, mortalibus et venialibus. Hinc, ait, manavit publica opinio, quod missa sit opus tollens peccata vivorum et mortuorum ex opere operato. Hic coeptum est disputari, utrum una missa dicta pro pluribus tantundem valeat, quantum singulae pro singulis. „ d) *Sleidanus* comment de statu reiigionis lib. VII. pag. 188. — Kurzer Auszug der fürnemesten Stücke... Von etlichen Gelarten unter dem offentlichen Verlesen verzeichnet 9. Th. der Bücher Luthers fol. 422. „ Sonderlich Meß abzu„ thun ist nicht zu leiden, denn dadurch die Stiftung „ verwüstet, Gottesdienst geschmelert den Seelen ir „ Trost genommen würde. " Fusius haec refutatio legitur in harmonia confessionis Augustanae studio *Andreae Fabricii Leodii* (Coloniae 1573) pag. 469. seq.

§. 5.

Post multam actionem, dum idibus Augusti utrimque delecti fuerant, qui concordiae rationes inirent, concedebant protestantes, quod sacrificium missae solemni ritu a) atque praescriptis ceremoniis celebrari posset; quoad missas autem privatas, quas catholici b) defendebant, nihil effectum, cum Lutherus variis scriptis c) unionem circa hoc punctum difficilem reddidisset, et suum circa missas privatas sistema in apologia confessionis d) Melanchton magis exposuisset.

a) *Cont. Fleury* llb. 133 §. 26. *Sleidanus* l. c. pag. 190. Documentum extat im 9ten Theil der Bücher Luthers fol. 445. „ Ferner so sind die Messen in unsern Fürstenthumen und Gebiethen bisher in gewohnlichen „ Kirchenkleidern gehalten worden Und nach dem die „ Messe vermoge unsers Bekenntniß in unsern Fürstenthumer und Gebieten mit jren Substantialen, auch „ gewonlichen Ceremonien nach einsetzung Christi ehrlich „ gehalten worden, so soll man mit Gotteshülfe darob „ seyn, daß sie auch ferner mit gebührlichen Ehrenbietung gehalten werden. b) Conf unbeschlißliche, unvergreflich christliche Mittel 9 Th. der Bücher Luth. „ Fol. 443 " Daß die gemeine und andere Privatmessen in gewonlicher Kleidungen auf den Altaren mit Einschliessung des großen Canons, wie bisher in gemeinen christlichen Kirchen deutscher Nation und ihren Gebieten von altem her, im Gebrauch und Uebung gewesen, gehalten werden. c) Ermahnung an die Geistlichen versammelt auf dem Reichstag zu Augsburg art. Von der Verkauf- oder Winkelmesse 7. Th. Fol. 416. Etliche des hochgelahrten Hrn. D. M. Luthers Bedenken über etliche streitige Artikel 9. Th. Fol. 394. Bekenntniß christlicher Leere art. 16 9. Th. Fol. 401. Epistola ad electorem saxoniae 9 Th. Fol. 452. d) 9. Th. der Bücher Luthers Fol. 373 Oper. omn. Melancht. Part. I. pag 108 — Asserit ecclesiae suae disciplinam cum illa catholicorum consentire, cum et graeci unicam missam idque tantum dominicis et festis diebus celebrent. — Impugnat autem missas privatas quae postquam mendicantes regnare coeperunt, ex falsissimis opinionibus et propter quaestum auctae — praesertim pag. 109. ideam sacrificii rejicit, cujus simul definitionem subnectit. „ *Sacrificium, ait, est ceremonia vel opus, quod nos Deo* „ *reddimus ut eum honore afficiamus.* " *Illius duae sunt species aliud est propitiatorium i. e. reconcilians Deum,*

seu

ſeu placans iram Dei, ſeu quod meretur aliis remiſſionem peccatorum. Unicum tantum fuit ſacrificium propitiatorium, videlicet mors Chriſti. Aliud Ευχαριστικον, quod fit a reconciliatis, ut pro accepta remiſſione peccatorum et aliis beneficiis gratias referamus — cui et miſſa accenſenda.

§. 6.

Omnia argumenta contra miſſas privatas cumulata legimus in libro de *Miſſa privata et unctione ſacerdotum* (in quo celebris habetur Lutheri cum daemone diſputatio) qnem 1534 Juſtus Jonas e germanico in latinum tranſtulit. a) Vel in miſſis corpus Domini adeſt vel non; in utroque caſu magna culpa eſt penes miſſatores. Si enim tantum adeſt panis et vinum, ut dubia res eſt, ipſi ſunt maximi impoſtores, qui Chriſtianis panem et vinum pro Chriſti corpore et ſanguine adorandum propoſuerunt, et ſacrificium tanquam Dei cultum vendiderunt, quo remiſſio peccatorum contingere, liberari e purgatorio animae, et quaevis calamitates tolli poſſent. b) Si adeſt corpus Chriſti, ſacrilegi ſunt, cum ſoli ſacramentum ſumant, quod juxta inſtitutionem reliquis Chriſtianis eſt porrigendum. Quia incertum eſt, an miſſa privata ſit verbo Dei inſtituta, an mera traditio humana, credendum non eſt, corpus et ſanguinem Chriſti adeſſe; quia fides nec in incerto pendere, nec

vacillare, ſed verbo Dei niti debet. Alias ad huc rationes addit Lutherus, cur laicus praeferrim credere non debeat, adeſſe corpus Chriſti. Ille, ait, ſemper dubius eſt, an miſſator ille privatus conſecrarit, an non; neque facile poteſt certus fieri. Nam verba conſecrationis non audit; et, ſi miſſator fateatur, ſe verba conſecrationis pronuntiaſſe; tamen non poteſt ei tuto credi, quia Deus mandavit, etiam in cauſis politicis unius dictis non credi debere, quanto minus poteſt in tantis cauſis, ubi agitur de vita aeterna; imo, ſi laicus etiam certus eſſet, ſacrificulum verba conſecrationis pronuntiaſſe, quomodo certus erit, quod in fide pronuntiet? Qui veram igitur fidem Chriſtianam habet, ille non poteſt audire miſſam privatam, multominus ipſe celebrare; cum ferre is non poterit, ut miſſa pro ſacrificio habeatur. Si quis non in aqua, ſed aſperſo cinere, non in remiſſionem peccatorum, ſed pro treſſera, qua diſcerneretur populus a populo, baptizaret; ibi non peccaretur ſolum contra baptiſmum, ſed et inverteretur totus baptismus et inſtitutio Chriſti; ergo ibi non eſſet baptiſmus: ergo nec in miſſa privata credendum eſt, adeſſe ſacramentum, cum deſit ordinatio Chriſti. Eadem ſenſa leguntur in articulis ſmalcaldenſibus anno 1537. 4. Th. der Bücher Luthers Fol. 418. c)

c) Extat

a) Extat Tom. VII. edit. latin. Vitebergae 1557. pag. 227. seq

b) Non objici sibi sinit Lutherus, quod patres tales missas celebrarint. Nam in vita aut operibus patrum, ait in certamine conscientiae nemo tuto nitetur, sed verbo Dei fidendum. c) *Seckendorf.* com. de Luth. lib. III. pag. 154.

§. 7.

Neque catholici defuerant, in re sua scriptis defendenda. *Henricus VIII.* in assertione septem sacramentorum pag. 47. *Joannes* Rossensis episcopus in defensione regiae assertionis contra babylonicam captivitatem. *Joannes Eckius* de sacrificio missae. *Clichtovaeus* doctor parisiensis in Antiluthero lib. 2. cap. VIII. *Joannes Cochlaeus* Franckofurti ad St. Bartholomaeum decanus, dein hic Moguntiae ad St. Victorem Canonicus libro: Von der Winkelmesse und Priesterweih; qui quidem foecundus scriptor ab anno 1521 ferme singulis annis Luthero librum opposuit.

§. 8.

In conventibus, Hagenovae a) et Ratisbonae anno 1540 et 1541. celebratis, infausto eventu pacis consilia tentabantur. Praecipue autem, quae in colloquio Ratisbonensi agitata, paucis referre juvat. Asserebatur in libello, qui

qui ad concordiam ineundam prolatus erat, nec protestantium, qui missas absque communicantibus non celebrandas esse putabant; nec catholicorum, qui, licet solus sacerdos participaret, illas licitas habebant, sententiam esse reprobandam -- suam cuique b) parti opinionem esse relinquendam. Ast protestantium pertinacia, c) qui abusibus missas privatas audacter ad numerabant, d) unio circa hunc articulum fuit impedita.

a) *Seckendorf* l. III. pag. 290. b) *Seckendorf* l. 3. pag. 359. Plank Geschichte der Entstehung des protestantischen Lehrbegrifs IX. Buch. S. 113. „ Auf dem einen Theil „ will man dafür halten, daß man die Messe nicht „ halten soll, wo nicht sind, die mit dem Priester „ das Sakrament empfahen, sintemal der Herr darum „ das Sakrament eingesezt hat, daß wir viel, die ein „ Brod und ein Leib sind, sollen von einem Brod und „ von einem Kelch sämtlich empfahen und geniessen, „ welches dann auch der Brauch und die Haltung der „ alten Kirchen gewesen sey. Auf dem andern Theil „ will man achten, man möge die Messe auch gottselig „ halten, wenn allein da sind, die mit dem Priester „ geistlich communiciren, und ihren Willen zu der hei- „ ligen Handlung geben. — Diese achten nun daß solche „ ihre Meinung nicht streite mit dem Brauch der Alten; „ sagen und meynen auch, es solle der einsetzung „ Christi nichts abbrechen: Denn der Priester, der dies „ gemeine Amt und gemeinen Dienst der Messen in der „ Kirchen übt, hat sich alsdann vereinigt durch den „ Glauben mit allen denen, die dies Sakrament in der „ ganzen Welt empfahen. — In diesem nun, weil beide „ Theile

„ Theile ihrer Meinung beredet sind, möchte man viel-
„ leicht zu geben, daß sich jeder Theil seiner Meinung
„ hielte. c) Plank l. c. S. 134. d) Conf. Oper. om. Melancht. Part. II. pag. 190. — Testimonia de eucharistia non administranda, nisi adsint, quibus ea distribuatur l. c. pag 203. Adnotata a *D. Casparo Crucigero* Ratisbonae ad refutandas praestigias Sophismatum Eccianorum in praecipuis doctrinae Christianorm capitibus l. c. pag. 207.

§. 9.

Memorabilis constitutio obvenit in libello, qui sub titulo: Interim anni 1548 cognitus est. Vult imperator a) in omnibus urbium ecclesiis ad minimum duas, in pagis vero dominicis saltem et festis diebus unam missam celebrari; ut tamen in antiqua disciplina restauranda b) labor ponatur, exoptat. -- Pertinet quoque huc ex formula reformationis in eodem conventu Augustano promulgata articulus c) de Missa „nec
„ concionis tempore ulla missa celebretur, qua
„ populus ab auscultatione distrahatur: Sed ne-
„ que sub sacro solemni convenit, ut coram
„ populo eodem legantur etiam missae speciales,
„ quibus huc illucque populus distrahatur, ut
„ nullo sacro satis intendat. “ Idem praecipit synodus Trevirensis an. 1549. cap. de offic. miss.

a) Art. Von den Ceremonien und Gebrauch der Sakramenten. „ Vnd so viel den Gebrauch dieses
„ heiligen Ampts angehet; sollen inn ainer yeden Statt
„ aber

„ auch inn ainer yeden Kirchen (ob mehr als aine da-
„ rinn weren) die aigne Priesten haben, und darinn
„ das Volk in zymlicher Anzal zusamen zu kommen
„ pfleget, alle Tag zum wenigsten zwo Meß gehalten
„ werden, die ain früe, darzu die Leüt, so mit irer
Handarbait ir Narung suchen, kommen, vnd sich mit
„ dem Sacrament berichten lassen, oder sich Gott dem
„ Herrn Gottseligkeit beuehlen möchten, die ander aber
„ solle vil herrlicher gesungen wedern, umb acht Vhr
„ des Tags, Vormittag, bei welcher auch gleicherweiß,
„ wie vor die jhenigen, seind, die sich aintweders mit
„ der Eucharistien berichten lassen, oder aber sich sonst
„ Gott befelhen sollen. Aber inn den Dörfern solle
„ auffs wenigst alle Sontag vnd Feyrtäg ain Meß ge-
„ halten werden. " ꝛc.

b) Art. Von der Communion, wie sy bey dem Opfer der Meß gehalten werden soll. „ Vnd
„ hie wer es nutz und gut, wann diß aller wahrhaftig-
„ ist Vnd sonderlich Opfer geopfert wurd, das man
„ den alten Gebrauch der Kirchen widerumb einbrächte,
„ da nicht allein der Priester, der da opfert, für sich
„ selbst, sondern auch die Diaconi, vnd andere Diener
„ der Kirchen, die an den Tagen der hohen Fest, als
„ Gezeugen aines so grossen Opfers, und mithelffer der
„ nothwendigen hailigen Aempter, darzu gebraucht wer-
„ den, das sy sich tailhaftig machten der Empfahung
„ des Leibs vnnd Bluts unsers Herren Jesu Christi,
„ wie jnen die Auflegung der Canonen ernstlich gebotten
„ haben. Vnd das sollen auch alle Gleübigen, so zu
„ disem Opffer vnsers Mittlers, vnnd die Gedachtnuß
„ des Tods des Herrn, vnnd vnserer Erlösung, zu
„ betrachten, zusammen kommen, fleissig ermanet, er-
„ innert vnnd auferweckt werden, das sy nach vorge-
„ hender Erforschuung, Beicht und Absolution, die
„ Gnad der allerhailigsten Communion auch empfahen,

„ vnnd

„ vnnd sich mit Fleiß vnnd Andacht gewennen, der „ allerhailigsten Niessung der Eucharistien, mit dem „ Priester offt und vil theilhafftig zu werden. " Conf. Plank l. c. S. 429,

e) *Harzheim* Tom. VI. Concil. Germ. *Goldast* Const. imper. Tom. II. *Braubnrger* in comment. de formula reformationis ecclesiasticae (Moguntiae 1782.) pag. 158.

§. 10.

Infinitus forem, si omnia scripta excerpere vellem, in quibus argumenta contra missas privatas protestantes vel repetierunt, vel magis exposuerunt. Spectat huc: Erklärung auf das interim durch die ehrbaren Städte Lübeck, Hamburg, ꝛc. Superintendenten, in qua confessione Fol. 70 et 96. doctrina catholicorum fraudis, imo et idololatriae accusatur. — Bedenken anf das interim der Gelerten zu Wittemberg art. von der Meß. — Bericht vom interim der Theologen zu Meißen art. vom Opfer der Meß. Confessio doctrinae saxonicarum ecclesiarum an. 1551. oper. om. *Melancht.* P. I. pag. 133 et 134. Examen eorum, qui audiuntur ante ritum publicae ordinationis an. 1554. l. c. pag. 328. Articuli impii bavaricae inquisitionis 1559. l. c. pag. 361. — En quaestionem hanc diuitissime examinatam — comitia coacta — virorum doctotum sententias quaesitas. — His tamen omnibus

bus peractis nihil peractum est. Impedita nimirum concordia fuit ob amaram virulentiam, qua pars partem eo styli genere impetiit, quod non placuit, nisi invectivis et sarcasmis aculeatis mordacissime pungeret et laceraret. Aestus immoderatus, φιλονεικια, et ipse disputantium congressus rei bonae obfuerunt.

§. 11.

Synodus Tridentina anno 1562. sess. 22. licitas declarabat missas privatas. Nam cap. VI. habetur. „ Optaret quidem sacrosancta synodus, ut in singulis missis fideles adstantes „ non solum spirituali affectu, sed sacramentali „ etiam eucharistiae perceptione communicarent, quo ad eos sanctissimi hujus sacrificii „ fructus uberior perveniret: nec tamen, si id „ non semper fiat, propterea missas illas, in „ quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, ut privatas et illicitas damnat, sed probat, atque adeo commendat. Si quidem illae „ quoque missae vere communes censeri debent; partim, quod in eis populus spirituaiter communicet, partim vero, quod a publico ecclesiae ministro, non pro se tantum; „ sed pro omnibus fidelibus, qui ad corpus „ Christi pertinent, celebrentur. “ Et can. VIII additur „ Si quis dixerit missas, in quibus „ solus

„ solus sacerdos sacramentaliter communicat; „ illicitas esse ideoque abrogandas, Anathema „ sit. “ Vult eadem synodus decret. de observ. et evit. in celebr. miss. omnia e medio tolli, quae a dignitate tanti sacrificii aliena et temporum vitio, aut hominum incuria, aut improbitate irrepserunt --- damnat et prohibet cujusvis generis mercedum conditiones, pacta, importunas atque illiberales eleemosynarum exactiones et alia, quae a simoniaca labe, vel certe a turpi quaestu non longe absunt.

CAPUT VI.

Continuatio historiae ad nostra tempora.

§. I.

Quae post Concilium Tridentinum circa missas privatas agitata, paucis comprehendi possunt. Protestantes illas impugnabant, defendebant catholici. Praecipue autem sensa Georgii *Cassandri* et *Wicelii*, quorum studio ad negotium unionis utebantur imperatores Ferdinandus I et Maximilianus II, sunt notatu dignissima. Cassander in Consult. art. 24. de Missa, fatetur, protestantes, si privatarum nomine intelligant eas missas, in quibus solus

sacer-